Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Forma autem in ea descriptione haec sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Visual Library

Liber index ludi magiſtrorum, ac profeſſorum quorumcunque, exceptis regularibus docentibus in Monaſterio, cum ſtatu & informatione morum cuiuſcunque, quæ indies habeat à Curatis, Vicarijs Foraneis, Viſitatoribus.

Index Priorum ſingularum ſcholarum.

Liber mendicantium Vagabundorum, ex Concilio Prouinciali.

Filcia literarum teſtimonialium de his.

Index licentiarum eiſdem conceſſarum, pro eleemoſinis per Ciuitatem, vel Diœceſim quærendis.

De libris ſtatus Eccleſiarum, & iurium Eccleſiaſticorum.

HAbeat libros neceſſarios perpetuos pro plena deſcriptione ſtatus cuiuſcunque eccleſiæ, & exemptæ, & regularis, & loci pij huius Diœceſis, cum ſuis omnibus bonis & iuribus.

Sint libri inter ſe diſtincti infraſcripta ratione.

Libri certi vt infra, de iuribus Archiepiſcopalibus.

Liber eccleſiæ Metropolitanæ.

Libri ſinguli portarũ, ſeu regionum Vrbis, & Plebium Diœceſis; ordine Parochiarum in hanc formam.

Ponatur nomen eccleſiæ plebanæ.

Titulus altarium in ea exiſtentium.

Nomen etiam eccleſiarum, oratoriorũve vnà cum eorum altaribus intra limites Curæ dictæ Parochiæ conſiſtentium.

Deſcribatur Index Parochialium eccleſiarum intra limites illius plebis exiſtẽtium.

Deſcribatur nomen tituluſve vniuſcuiuſque Parochialis.

Titulus etiam ſingulorum altarium in ea exiſtentium; & nomen ſingularum eccleſiarum, oratoriorumve ſæcularium, vnà cum eorum altaribus intra limites dictæ Parochialis conſiſtentium.

Index ſimilis eccleſiarum, altarium, & oratoriorum regularium, tàm virorũ, quàm mulierum.

In ijs ſcribantur quæcunque pertinent ad eccleſias; etiam regulares & exemptas, & altaria, & loca, quæ in earum Parochiarum finibus poſita ſunt, exactiſſimè, ad formam infraſcriptam; ſtatus ſcilicet perpetuus cuiuſcunque eccleſiæ, earumque bonorum ac iurium immobilium cum ſuis oneribus inuentarium, ſiue altaris, ac beneficij, lociq́ue pij ex prima fundatione, ſiue poſt ex pijs relictis, aut alia ratione, vndecunq; illis acquiſita ſint.

Si quæ item deinceps iura annua perpetua, vel ad certum tempus quocunque nomine addi, vel detrahi, aut immutari contingat.

Forma autem in ea deſcriptione hæc ſit.

PRimò ponatur deſcriptio & delineatio, ſeu deſignatio & forma ſtructuræ eccleſiæ, cum ſuis capellis, altaribus, cœmiterio, domo annexa, & eiuſmodi; ſeruatis infra præſcriptis regulis.

Regulæ ſeruandæ in vniuſcuiuſque Eccleſiæ deſcriptione, in Archiuio Cancellariæ Archiepiſcopalis ſeruanda.

IN ſuperiori parte chartæ, in qua Eccleſiæ delineatio fit, deſcribatur.

Titulus Eccleſiæ, cum nomine portæ vrbis, vel Plebis in Diœceſi, in qua ſita eſt; tum etiam Parochiæ, in cuius finibus eſt.

De eccleſia ipſa generatim delineentur, & commonſtrentur hæc ſingula.

SItus, & poſitura, conſtructioniſq́ue vniuerſæ forma.

Longitudo.

Latitudo.

Altitudo item à pauimento ad tabulatum.

Vnicave præterea, an pluribus nauibus conſtet.

De pauimento.

SI ad illius ingreſſum aſcendatur, aut deſcendatur; & qua altitudine.

De